A bit in.q.sequēti. Nec pp illā argumentationē opȝ ponere aliq̄ꝫ distinctionē veritatis ⁊ magnitudinis in deo: neqꝫ h̄ intēdit Aug. qḋ pȝ ex eo qḋ ait ibidē. nō eni illi maioꝛ est que verioꝛ nō est. vbi est ipsa trinitas magnitudo: qꝛ in essentia veritatis h̄ est verū eē qḋ est esse: ⁊ h̄ est esse qḋ est magnū eē ⁊c. ℂ Ad rōnē sumptā ex dicto Aug. ꝯ Mar. dico p̄: ꝙ ita deducit̄ ad ꝓbādū tātā distinctionē esse attributaliū pfectionū: quāta est diuinaꝝ psonaꝝ adinuicem. Qḋ iste Doc. vt puto nō vellet ꝯcedere. ℂ Rñdeo tñ ⁊ dico: ꝙ Aug. non fecit p̄dictā cōparationē attēdēs maioꝛē vel minoꝛē distinctionē psonaꝝ abinuiceꝫ: q̄ꝫ bonitatis ⁊ sapie p̄tis: sed attendēs maioꝛē ⁊ minoꝛē similitudinē ad esse partē ⁊ cōponē. Certū eni est ꝙ in creaturis tales pfectiones magis habēt rōnē p̄tis ⁊ cōponibiliū q̄ꝫ supposita subsistentia: ⁊ tñ in deo nō cōponūt nec sūt p̄tes. Multo ḡ minus per se ipse sunt partes aut cōponūt: ⁊ istud ex B passe pȝ intuenti ibi v̄ba Aug. que recitare pp breuitatē omitto. ponunt̄ autē a Magr̄o dist. 19. p̄mi libri. c. non est aliq̄ triū psonaꝝ. in fine. ℂ Ad 4m p̄ dico: ꝙ per illam rōnē pariter ꝓbaret̄ ꝙ distinguerent̄ realr̄ sic arguendo. de qbuscūqꝫ ideꝫ p̄dicatū reale ⁊c. illa distinguunt̄ realiter. ℂ Et si dicas ꝙ sufficit distinctio formalis: tunc tibi dicetur: sicut ⁊ tu dicis ꝙ tūc non poterit ꝓbari aliq̄ distigui realr̄ aut plus q̄ꝫ formaliter. Et iteꝝ alius dicet eadem facilitate ꝙ sufficit distictio rōnis. Rñdeo tñ ad rōnē ꝙ q̄liter cūqꝫ maioꝛ habeat veritatē (qꝛ de hoc in. 33. dist. videbit̄) minoꝛ est falsa. Et dico ꝙ sicut est verū dicē ꝙ diuin⁹ intellect⁹ itelligit: ita est veruꝫ ꝙ ei⁹ volūtas itelligit: ⁊ sic voluntas vult: ita intell's vult: q̄uis tales p̄dicationes intellect⁹ vult: volūtas itelligit: nō sint per se in p̄ mō: quod tñ nō infert aliq̄ꝫ distinctioneꝫ intell's ⁊ voluntatis ex nā rei: ⁊ similr̄ dico de alijs. vn̄ si ista sit vera: p̄r dicit memoria: vel dicit intellectu: qḋ ego non habeo ꝯcedere: nisi memoria vel intellectus staret appropriate pro p̄re: qꝛ nō do p̄m⁹ quo. aliud a p̄n⁹ qḋ. Si tñ inq̄ꝫ illa esset vera: hec eēt C ēt vera: pater dicit volūtate ⁊ ecōtra. Si ista detur: pater spirat voluntate: hec etiā esset dādā: spirat intellectu: qꝛ intellectus ⁊ voluntas in deo sunt idipsuꝫ oino ex parte rei. ℂ D. Cur talia nō ꝯcesserim: cū ꝯcedā ꝙ voluntas creata intelligit seu homo itelligit voluntate ⁊ vult itellectu: ꝓpter idētitatē intellectus ⁊ voluntatis in eo. ℂ Ad 5m dico p̄mo: ꝙ si rō illa aliquid valeret: ita ꝓbaret distictionem rerū intellectus ⁊ voluntatis: sicut formalitatuꝫ. nisi ad placitum quis loquat̄. ⁊ tamē illud tu nō ꝯcedis. Respondeo tñ negādo ꝯn̄am: que etiā nullā hȝ apparentiaꝫ: ex forma. cum nec subiecto nec p̄dicato ꝯueniāt: lȝ in vna parte ꝯueniāt p̄dicari. Ad rē aūt vlteri⁹ eundo dico: ꝙ eadem entitas indiuisa oino ⁊ simplicissima in deo est itellectio: ⁊ volitio: atqꝫ essentia: est tñ aliquoꝝ obtiue intellectio: quoꝝ ipsa non est volitio: ⁊ quoꝝ nō est essentia. Nā nullius creature ipsa est essentia: ⁊ tñ cuiuslibet ipsa est intellectio: ⁊ oium itelligibiliū siue bonoꝝ siue maloꝝ ē inD tellectio. Nec tñ est maloꝝ volitio. Ex hoc aūt non sequitur aliqua distictio iter itellectionē dei ⁊ eius volitionem extra aiam: qꝛ cuiuscūqꝫ diuina itellectio est itellectio eiusdem diuina volitio: ⁊ silr̄ diuina essentia est itellectio: ⁊ cuiuscūqꝫ diuina volitio est volitio: eiusdē diuina essentia ⁊ diuina intellectio est volitio: ⁊ cuius diuina essentia nō est essentia: eiusdē nec intellectio nec volitio diuina est essentia. Exēpla patēt taꝫ in deo q̄ꝫ i creaturis. Constat eni p̄m oēs ꝙ vnica intellectione oino indiuisa nouit de⁹ tam p̄terita q̄ꝫ futura: ⁊ per ꝯn̄s dei p̄scia ⁊ dei intellectio sunt id ip̄m oino a p̄te rei: ⁊ tñ h̄ nō obstante illa intellectio aliq̄ꝝ est intellectio: quoꝝ ipsa nō est p̄scia: puta p̄teritoꝝ: quoꝝ tñ itellectio est itellectio. ēt eorūdem p̄scia est intellectio: ⁊ quoꝝ p̄scia non est p̄scia: nec eoꝝ ip̄a intellectio est p̄scia. In creaturis v̄o certū est ꝙ intellectio qua. v. ḡ. Sortes nouit lapidē: est aliq̄ essentia: que nullatenus a seipsa est E distincta: ita ꝙ absqꝫ vlla distinctione a parte rei illa itellectio est illa essentia: ⁊ illa essentia est illa intellectio: ⁊ tñ illa est intellectio lapidis: ⁊ nō est essentia lapidis. ℂ Ex his pȝ ad ꝯfirmationē dōm esse ꝙ illa maioꝛ sit vera accipiendo signare cōmuniter etiā ad ꝯsignare: alias non: vt pȝ in exēplis adductis. ℂ Ex qbus ēt potest argui cōtra aliā opinionē. Et vlterius ꝯcedendū est ꝙ hoc verbū diligit: aliquid ꝯnotat: quod nō ꝯnotat hoc verbū intelligit. ⁊ similr̄ aliud ꝯnotat hoc nomē volitio: qḋ non ꝯnotat h̄ nomē intellectio: ꝯnotant eni volitio ⁊ dilectio: ⁊ similr̄ vult ⁊ diligit bonū. s. existens vel apparens. Nam nomine volitionis in cōmuni intelligimus ꝯsensionem in bonum vel apparēs bonum: sicut presentia ꝯnotat futuruꝫ: qḋ tamē nō ꝯnotat nomē intellectionis. Et qꝛ oē qḋ deo apparet bonū: est bonū: vtiqꝫ sequit̄: deus diligit malum. F ergo malū est bonum: qꝛ v̄o nomē intellectionis illud nō ꝯnotat: nō sequit̄. deus intelligit malū. ergo malū est bonum. Tota ḡ causa q̄re vna illaꝝ est vera ⁊ reliq̄ falsa est piuersitas terminoꝝ quātum ad ꝯnotata: nō aūt diuersitas hoꝝ que signant in deo: seu pro qbus supponunt illa nomina intellectio dei ⁊ volitio dei. Que diuersitas in cōnotādo si tolleret̄: ita ꝙ per nouā institutionē essent noīa nullatenus ꝯnotatiua: aut idipsuꝫ vnū ꝯnotaret qḋ aliud ⁊ eꝫ. vel vtraqꝫ illaꝝ esset vera: vel vtraqꝫ falsa: sicut etiā per nouā institutionē fieret: vt nomē p̄scietie nō ꝯnotaret futurū: neqꝫ aliquid qḋ nō ꝯnotat nomē itellectionis: nec ecōuerso aliq̄d ꝯnotaret nomē intellectionis: qḋ non etiā ꝯnotaret nomē p̄scietie: tūc sicut hec esset vera. de⁹ intelligit p̄terita: ita hec foret vera. de⁹ p̄scit p̄terita: ⁊ sic ad ibidē. ℂ Ad rōnem p̄ncipalē q̄onis supra rñsum est. ℂ Ad ꝯfirmationē aūt dico: ꝙ nō ait Aug. illa esse eq̄lia: sed dicit ipsa nō esse in equalia: vt supra pȝ in auctoritate ei⁹ ad ducta pro ꝯne 2ᵉ. Sicut ergo idē nō est sibi in eq̄le: sic nec ista. Et si alibi diceret hꝫ esse eq̄lia: exponēda est per istud dcm̄ suū: vt intelligat̄ ꝙ nō sunt ineq̄lia: nec vnū alio perfectius. Nec moueat qḋ pluraliter dico ista ⁊ pfectiones attributales ⁊ hꝫ. cū p̄m veritatē nō sint plures: sed vnica pfectio tm̄. Extenso eni nomine seu vocabulo vsus sum: sicut ⁊ Ansel. cum ait. vt supra allegatū est: cum sūma nā nullo modo cōposita sit: ⁊ tñ oimodo tot illa bona sit: necesse est vt illa oīa non plura: sed vnum sint. Ecce dicit ꝙ est tot illa bona: ⁊ tamē oīa illa non sunt plura: ⁊ per ꝯn̄s nō sunt tot. dicit̄ ḡ illa nā esse oīa illa bona ⁊ tot: qꝛ bonū illud est qḋ signant illa oīa: ⁊ tot illa noīa ⁊ q̄libet illoꝝ: ⁊ hunc intellectū ipse p̄misit in p̄n⁹ capituli illius. Sic interrogās. Quid si ḡ illa sūma nā tot bona est: erit ne composita tā pluribꝰ bonis: an potius nō sūt plura bona: sed vnū bonū tā plibꝰ noibꝰ signatū: Et hāc 2m p̄tē ipse accepiat p̄m reijciēs in v̄bis ꝓxime allegatis: ⁊ idē dicit Magister in ista distinctone cap. hic diligenter notandū est.

Ad 4m. (margin, left)

Marginal notes (left): cap. 2. — lib. 3°.

Marginal notes (right): Ad rōnē p̄n^lem. — q. 15° d̄ tri. c. 5. — G — cap. 17.

ℂ Distinctionis octaue. Questio. ij.



Secundo circa hanc distinctionem. H quero vtrū perfectiones attributales distinguantur. ℂ Arguo ꝙ non auctoꝛitate Ansel. monol. dicētis: quēadmodum itaqꝫ vnuꝫ est quicquid essentialiter de sūma substātia dicitur: ita ipsa vno modo vna ꝯsideratione est qcq̄d est essentialr̄. non ergo p̄m aliā ⁊ aliam rōnes est iustitia ⁊ sapiētia: sed p̄m eandem. cap. 17.

In oppositū arguit̄: quia si nō distiguerent̄ rationes: tunc non possent imediate duo attributa iungi: aut aliq̄d imediate iungi nomini dei sine nugatione. ꝯn̄s est falsum: nulla eniꝫ nugatio est si dicat̄. deus fortis. deus sapiens: aut aliquid simile. Similr̄ nec si dicat̄ iusta voluntate dei hoc vel illud factum est: ⁊ tamē duo attributa imediate iunguntur. Oppoⁿ.

³Respódeo p̄mittendo qd nominis aliquoꝝ termi noꝝ:scilȝ attributi.rónis attribuibilis: Attribu tū qd é, pfectionis attributalis. ¶ Attributū voco nomē de deo ⁊ de oibus psonis simul:⁊ de q̄libet sigillatiȝ predicabile denotás q̄libet de quo dicit̃ esse tale quale vnicuiq̧ me lius est esse:q̄ȝ nó tale esse: iuxta intell'm in precedenti.d. arti° p̄ q̄onis in sol'one rónis tertie opi.ibi recitate. Per p̄ mā particulā excludunt̃ nomina notionalia de deo dicta. per scdam excludunt̃ talia.creator/p̄miator/sūmū:⁊ mul ta similia. ¶ Per rónez attributalē intelligo rónē seu con ceptuȝ aie explicātem qd per attributū sigñat. ¶ Perfe ctionez v̇o attributalē voco entitatē quā sigñat p̄ncipal'r ⁊ pro qua supponit abstractuȝ attributū de deo dictum. ¶ Scdm hoc erunt quatuor articuli. In p̄mo videbit̃ de quesito. In 2° videbit̃ vtrum attributa distinguant̃ róne. In tertio vtruȝ q̄libet attributū predicet̃ in quid de deo ⁊ de alio attributo. In q̄rto vtrū attributum abstractuȝ ⁊ eius concretuȝ dicta de deo sint synonyma.

Ró attri butalis qd est.

Perfe/ ctio at/ tributa/ lis qd ē p⁹ arti.

K Quantū ad p̄ᵐ p̄mitto vnā distinctionē de distigui róne. Aliq̄ eniȝ pn̄t distingui róne:q: ipsa sunt rónes seu ꝯceptus distincti. Et isto mó non intelligit̃ q̄ō:q: perfectio attributalis nó est ró nec concept⁹ aie:sed 2 vna ⁊ sūma res eternal'r exn̄s. Alio modo pn̄t aliqua di ci distingui róne:q: coꝝ sunt ꝓprie rónes distincte:ita q̄ ratio vnius nó est ró alterius nec ꝯ̈: ⁊ isto mō ēt q̄ō nó ē dubia.suppositis his que in p̄cedenti q̄ōne dicta sunt.vȝ q̄ nó sit aliq̄ distinctio extra aiam inter pfectiones attri butas seu attributales:⁊ q̄ nó sit nisi vnica ⁊ indiuisa aut simplex perfectio oibus attributis sigñata. Sic eniȝ non sunt aliq̄:quoꝝ vnius ró nó sit ró alterius:sed vnicuȝ est: cuius sunt oēs hꝯ rónes si plures sint. Tertio aliqd p̄t di ci distigui ab aliquo róne:q: ei⁹ sunt plures rónes:⁊ ip̄m f̄m vnā differt a seipso f̄m aliā:sic q̄ extrema talis distin L ctionis nó intelligant̃ esse ipse rónes; nec aliq̄ aggregata ex rónib⁹ illis:sed ipsamet res extra p̄cise diuersis hꝯ ró nibus iportata differat a seipsa:quēadmodū multoꝝ ver ba doctoꝝ sonare vident̃ in ista mā ⁊ in alijs. ¶ Et in h̄ sensu itelligo q̄ōnē. Ad quā rn̄dēdo pono ꝯ̄nē negatiuā. ⁊ ꝓbo gn̄al'r q̄ ipol'e est aliq̄ȝ rem sic a se róne distingui. ¶ Primo sic.si aliq̄ res p̄ distingueret̃ róne a seipsa:aliq̄ ró esset eius que nó esse eius:ꝯn̄s est impol'e.

¶ 16.vbi ait q̄ si q̄rat̃ qd est ipsa sūma nā:qd verius rn̄ᵗ q̄ȝ iustitia ⁊c̄.ecce q̄ vult dina inquit predicari de diuini tate alias nó ꝯuenient̃ rn̄derent̃ ad q̄ōnē factam de diui nitate p qd. Q. ēt vnū attributuȝ de alio p̄dicet̃ inqd.pȝ. nā f̄m Augⁿ.6.de tri.c.7.in deo eadē est bonitas q̄ sapia ⁊ nó est in eo aliud bonū esse aliud sapientē esse.⁊ idē dic̄ de ceteris attributis.ꝯce' ḡ p̄dicationē vni⁹ de alio in abᵒ q̄libet āt talis est q̄ditatiua. ¶ Itē dicit:nó esse in deo aliō magnū esse:aliud sapientē vel bonū esse. Ex hoc aūt seq̄t̃ q̄ nó est alia ró bonitatis ⁊ alia magnitudis ⁊ sic de alijs. Et pȝ ꝯn̄a.qm̄ q̄ sola róne dr̄nt:dicit̃ q̄ esse vnū nó est esse M aliud. Sicut 3° phyſi°. Phs dicit q̄ idē est actus agētis ⁊ patiētis:sed eē nó idē.i.ró nó est eadē.idē dicit.10.metaᶜᵉ c.p̄.dicit:q̄ nó est idē igni ⁊ elemēto esse.sȝ re q̄dem ⁊ nā ignis est elemētū. Et eodē mō dicit esse de ente ⁊ vno.ḡ p nó esse idē igni/esse ignē ⁊ eē elementū intelligit coꝝ non eē vnā rónem. ⁊ p ꝯn̄s Aug.dicit idē esse deo magnū eē ⁊ sapientē esse.itelligit q̄ f̄m vnā ⁊ eādē rónez est magnus ⁊ sapiens. ¶ Cōfirmat̃:q: si esset talis pl'alitas rónū:tunc nó oia attributa dicerent̃ de deo f̄m vnā rónē. Sed hoc ē ꝯ̈ Ansel'.mon̄.17.vbi ait. Quēadmodū itaq̧ vnuȝ est qc qd essential'r de sūma sub̄a dicit̃:ita ipsa vno mó vna ꝯsi deratione ē q̄cqd ē eēntial'r.nó ḡ f̄m aᵐ rónez est iustitia ⁊ f̄m aliam sapia.sed f̄m eadeȝ.

Quāuis sēsus sit i pfect⁹ ſi al'r hā in oriᵗʰ

¶ Ad oppositum:si non esset aliqua talis distinctio ra tionum. attributa omnia dicerentur de deo f̄m vnam ra tionem.⁊ per consequens plura simul iuncta nugatorie N dicerentur.hoc autem falsum est.nullus enim diceret nu gatoriam esse locutionem.quando dicimus.hoc vel illud iusta voluntate dei factum est.vel cum dicimus magna charitas dei. vel magna potentia . ⁊ huius fecit h̄ vel il lud. Apostolus etiam ait ad ephe.2°.Deus q diues est in mīa pp nimiā caritatē suā ⁊c̄.nimiā.i.maximā. Itē Iere. 32.ait.ꝓpha.fortissime magne potens.dn̄s exercituū no mē tibi. Ecce apl's imediate iungit duo noia attributalia scȝ magnitudinē ⁊ caritatē.⁊ ꝓpha.tria. ⁊ tn̄ neutrū coꝝ dicerq̧ nugatorie fuisse locutū. ¶ Scdo si nó eēt aliq̄ talis distinctio.q̄cūq̧ cognosceret vnū attributū de deo cogno sceret q̄libet:dūmodo sciret qd iportat̃ per nomē. ꝯn̄s ē falsuȝ:nā nāl'r multi ph̄i cognouerūt deū esse beatū ⁊ itel ligentem qui non cognouerunt eum esse omnipotentem. vel misericordem.⁊ sic de pluribus.

¶ Pro solutione.q.premitto q̄ proprie loquendo aliud O est attributuȝ.aliud perfectio attributalis.⁊ aliud ró at tributalis. Nā attributū est vox vel ꝯcept⁹ pfectionē sim pl'r iportās vere de deo ⁊ de oibus tribus psonis ꝯiuncti ⁊ diuisim p̄dicabilis. Addunt tn̄ aliq dicentes q̄ est cōis deo ⁊ creaturis. Sed hoc ē ꝯ̈ eosmet q dn̄r: q̄ imēsitas ⁊ eternitas:⁊ oi pō sunt attributa.cū creatura nec imēsa sit nec eterna.neq̧ ops. ¶ Perfectio v̇o attributalis est pfe ctio quā significat ⁊ p qua supponit attributū qn̄ de deo p̄dicat̃. ¶ Sed ró attributalis est ró explicās qd per at tributū iportat̃. Que pōt ēt dici ró perfectionis attributa lis:nó q: explicet qd sit vel q̄ res ipsa attributalis pfectio: sed q: ꝓ ipsa pōt supponere ⁊ illā significat sicut ipsuȝ at tributū. Dicit̃ ēt ratio attributi nó q: ip̄m significet aut p ipso supponat:sed vt dictū est q: quid per illud nomē im portat̃ manifestat.⁊ ideo talis diffinitio attributi in gn̄a li lȝ sit rei q: est eius signum non tamē ꝓprie est diffinitio dicens qd rei.q: diffinitio dicens qd rei vt distinguit̃ a ra tione dicente quid nois semper explicat qd est res illa de P qua dicit̃. Diffinitio aūt attributi de qua loqmur non sic. vbi gr̄a diffinitio iustitie in generali est h̄. aliqd quo red dit̃ vnicuiq̧ q̄ suū est.per hanc aūt vt pȝ nó manifestatur qd sit illud de quo ipsa dicit̃.an.s.sub̄a. vel q̄litas vel qd aliud determinate. Uerū tamē quedā diffinitio dicēs qd rei magis perfecte manifestat qd est res:quedam minus: q̄dam per itrinseca tn̄ ⁊ quedā per extrinseca sicut alibi videri habet. Quāuis aūt diffinitio nois attributi sit rei hoc iō q: rem significat ⁊ per re supponit:nó tn̄ ois ratio nois est hoc modo rei sed tunc tn̄ quādo illud nomē pro re aliqua supposito ⁊ de ipso significatiue sumpto verifi cari pōt esse existere. Sicut est in ꝓposito de quolibet at tributo. vbi aūt hoc nó ꝯ' tunc illa diffinitio est sic nomis. q̄ nullo modo rei. quales sunt diffinitiones noīȝ impor tantiū sigᵗⁱ ⁊ impoᵇⁱᵃ esse. Alie differentie plures possent assignarei inter diffinitionē nominis ⁊ rei.sed nó est op⁹. Q ad p̄sens. ¶ Scdo p̄mitto:q̄ aliquid distingui ab aliquo ratione siue sit ró dicens qd rei siue quid nois.pōt intelli gi tripl'r q̄ȝtuȝ ad p̄sens sufficit.p̄mo q: est ratio distincta ab alia ratione vel ab aliq̄ re. Sicut aliqua etiā dicuntur distingui re siue f̄m rem:quia sunt distincte res. vel saltēȝ illud q̄ dicitur re distingui est res. sicut potest dici q̄ res aliqua distinguitur f̄m rem vel re ab aliqua ratione.hoc est:est res distincta a ratione. ¶ Secūdo.aliqua possunt dici distingui ratione nó quia sint distincte rationes aut al terū sit ratio.sed quia ratio que est vnius nó est ratio al terius.⁊ ecōuerso ratio alterius nó est ratio illius. Sicut dicimus q̄ homo et asinus differunt ratione:nam ratio hominis nó est ratio asini.nec ratio asini ratio hominis. Et que sic dicunt̃ distingui ratione non opȝ q̄ sint ratio nes sed possunt esse vere res extra aiam vt pȝ in exemplo posito. Simili modo dicimus aliqua esse eadem ratio

Aureo⁹

A ne:non ꝙ sint vna ratio sed quia eorum est vna ratio. Si
cut distincte res eiusdem speciei dicunt esse eedem ratio/
ne. quia earum est vna ratio spe". Simili modo loquẽdi
vtimur: cum aliquas substãtias dicimus differre proprie
tatibus vel accidentibus. q2. s. accidens vel ꝓprietas vni⁹
non est accidens alterius nec econuerso. ¶ Utroq3 modo
predicto: p3 ꝙ distictio principaliter est inter ipsas ratio/
nes. ¶ S3 tertio modo posset dici aliqd ab aliquo distin
gui ratione neutro predictorum modorum. Sed sic ꝙ ip3
precise vnum ẽm se: propter plures rationes circa ipsum
fabricatas distinguatur ratione a seipso. sic ꝙ distinctio ta
lis non intelligatur esse solum inter illas rationes. nec per
inclusionem rõnum: sed in ipsa re cuius sunt iste rationes:
vt prescinditur ab omnibus talibus rationibus. quomo/
B do videntur aliqui dicere ꝙ vna res penit⁹ extra aiam in/
diuisa distinguitur ratione a seipsa. ⁊ hoc magis declara/
bitur in dubio contra tertiam conclusionem que probabi
tur. His premissis pro solutione. q. pono. 3. conclusiones.
pᵃ q prima est ꝙ nulla est pluralitas perfectionum attributaliũ
seu distinctio ẽm rationem. p̃ modo supra. Hic ꝓbat: q2 q̃
cunq3 distinguuntur ratione hoc modo sunt ratio ⁊ ratio.
vel saltẽ illud ꝙ sic distinguit est ratio. vt dictum est. Sed
perfectio attributalis non est ratio sed verissima ⁊ perfe/
ctissima res extra animaz. ergo ⁊c̃. Et loquor hic de rõne
que est actus anime. Non aũt vt aliqui quandoq3 sumunt
p quidditate vel essentia aliqua extra animaz. cuius est si
gnificatiua ratio illa que est actus anime. Si enim sic ac
cipiatur ratio cõstat ꝙ perfectio attributalis ratio dici po
test. Sed nec sic est aliqua distinctio perfectionum attribu
talium: vt p3 ex precedenti questione. Acci° aũt rationez
primo modo quo in hac questione intendo vti hoc termi/
no rõ. rõnes attributales distinguunt ratione q2 vtiq3 sũt
distincte rationes abinuicẽ. Na3 alia est ratio iustitie: a ra
C tione misericordie. ⁊ sic de alijs. ¶ Secunda conclusio
2ᵃ q est ꝙ sumendo distingui ratione. 2° modo: vnum attribu/
tum distinguitur rõne ab attributo alio. Perfectio autem
attributalis non distinguitur ratione a perfectiõe attribu
tali. verbi gratia. iustitia a mĩa. quãuis perfectionis attri
butalis sint multe rationes attributales distincte. Prima
pars conclusionis p3. q2 quorũlibet nominum diuersa si/
gnificantium vel cõnotantium diuerse sunt rationes expli
cantes quid illa significant. p3. sed attributa q̃l3 sunt hui⁹
q̃dã. n. sigñant diuersa. v̄. g̃. iustitia ⁊ misericordia. sapia.
⁊ alia multa. Nã iustitia significat iustitiã increatã. ⁊ quã/
libet creatam. Silr̃ mĩa: mĩam increatam ⁊ omnes mĩas
creatas. Eode3 modo sapientia: increatam ⁊ creatas sapiẽ
tias significat. q̃uis autẽ iustitia increata non sit alia res
a sapientia increata: ⁊ misericordia increata. iustitia tamẽ
creata: res alia est a sapia creata: ⁊ silr̃ mĩa creata alia est
D ab vtraq3. Ista etiam mĩa attributa non solũ significant di
uersa: sed consignificant secundario etiam diuersa. Sicut
patet in diffinitionibus ipsorum. Quedam aũt sunt que l3
non significent diuersa sed quicquid significatur per vnu3
significet per aliud: diuersa tñ scdario importãt siue consi
gnificant. sicut sunt. vnu3 bonũ ⁊ verum. sumpta ẽm ꝙ cõ
uertunt cũ ente. nã vnũ negationẽ dicnis intrinsece. bonũ
autem voluntatem vel appetitum. Nam vt patet ex pre/
cedenti. q. ⁊ adhuc aliquid dicet: q̃libet attributũ vel ali
qua diuersa pn̄ significat a quolibet alio vl̕ scdario diuer
sum importat. ex quo se ꝙ eoꝝ sunt diuerse rõnes. confir
matur q2 alioqn ipa eẽnt noia synonyma ꝙ nullus dicit.
¶ P3 ẽt inductiue discurrẽdo singulas rõnes attributoꝝ.
Mĩa vero creata q̃ peccãti debita sibi pena remittat. p3
aũt ꝙ hec sunt distincte ⁊ eoꝝ sunt distincte significatões.
⁊ ita est de alijs vt patere põt. ¶ 2ᵃ v° ps ꝯnis ꝓbat. s. ꝙ p
fectio attributalis. v̄. g. pfectio dei q̃3 significat hoc nomẽ
iustitia: nõ distinguit a pfectõe q̃3 significat in deo h̃ nomẽ

mĩa rõne hoc mõ. Q2 si distinguitur igit ratio entitatis q̃ E
est iustitia nõ est rõ entitatis que ẽ mĩa. nec eꝯ. ꝯñs ẽ fłm.
ꝯñs p3 ex declaratiõe p̃missa de distingui rõe h̃ 2° mõ. s3 p
bo falsitatem ꝯsequentis. q2 si ratio iustitie non est ratio
misericordie. misericordia non est iustitia. sed alia entitas
ab ea. ꝙ est improbatũ in precedenti questio. ꝯñs ista p3.
q2 sumatur illa entitas q̃ ẽ mĩa. ea demõstrata veꝝ est dicẽ.
huius entitatis est rõ h̃. demõstrata ratione misericordie.
Aut ergo eiusdem est ratio iustitie ⁊ hoc est ꝯ̈ positum in
antecedẽte. ⁊ ꝯcedit ꝓpositũ. aut rõ est iustitie non est hu/
ius entitatis. ⁊ cu3 sit alicuius entitatis: q2 vere aliquam
significat: sequit ꝙ est alterius entitatis ab illa demõstrata. ⁊
per cõsequens entitas que est iustitia dei est disticta ab en
titate que est misericordia dei. ¶ 3ᵃ pars ꝯnis p3 ex dictis
Nã attributoꝝ sunt rõnes diuerse: oia autem attributa eã
dem pfectionem important: vt p3 ex precedenti questione. F
Quecunq3 aũt rem nomẽ significat eandem significat ra/
tio nominis illius. g̃ omnes rationes attributoꝝ eandem
important perfectionem ⁊ per ꝯñs eiusdem perfectionis
sunt plures attributales perfectiones. eo modo. s. quo rõ
attributalis dicitur esse rei. ¶ Ex hijs p3 ꝙ refert dr̃e pfe
ctiones attributales distinguuntur ratione. ⁊ pfectionum
attributaliũ: vel verius loquendo perfectionis attributa/
lis sunt plures vel distincte rationes. p̃mum enim falsum
est. ⁊ scdm veꝝ vt patuit. ¶ Patet etiam ꝙ neutro predi/
ctoꝝ modoꝝ res aliqua põt a seipsa differre ratione. Nõ
quidẽ primo modo. cum ipsa nõ sit ratio. Nec secũdo mõ
q2 quelibet ratio eius est eius. Uñ quecunq3 sic differunt
ratiõe: necessario sunt res distincte: vel termini distincti. vt
patet ex dictis. ¶ Sed circa dicta dubiu3 põt esse. q2 sicut
vnius rei vnica est essentia ⁊ q̃ditas. sic videtur ꝙ sit vnica G
ratio. ⁊ per ꝯñs eiusdem rei non possunt esse plures ratio
nes: cuius oppositũ dictum est. ¶ Ad hoc dõm ꝙ q̃uis il
la propõne multi vtant frequenter quasi maxima q̃dam
difficile tñ est inuenire qualiter habeat veritatem. Unde
vel hoc nomen ratio accipitur gñalissime pro omni. s. con
ceptu de re predicabili. vel accipit tantũ pro omni conce/
ptu habente partes: qui cõmuni nomine vocari põt diffini
tio. Et hic est multiplex: q2 q̃dam explicat quid nominis
⁊ vocatur diffinitio dicens q̃d nois. ⁊ accipio nomẽ cõiter
ad mẽtale ⁊ vocale et scriptũ. Quidam q̃d rei. ⁊ horũ q
dam explicatur per intrinseca tñ. ⁊ quidam per extrinse/
ca. qui etiam põt subdiuidi: sed non pertinet ad ꝓpositu3.
¶ Si accipit ratio primo mõ. vel scdo p3 stati ꝙ proposi
tio est falsa. quoniã sicut eiusdem rei possunt esse plura no
mina vo° non synonyma: sic possibile ẽ: immo po° illo ne
cesse est eiusdem esse plures cõceptus de illa vel de termi/ H
no suppo° p illa predi°. hoc p3 de ente ⁊ vno. q̃ significãt
eandem rem ẽm tamen diuersos conceptus ⁊ rationes. si
cut cã ⁊ p̃ncipium. vt p3. 4. meta. silr̃. 10. meta. capi. p̃. di/
cit phs idẽ de igne ⁊ elme. ⁊ in. 3. phy° dicit. ꝙ agere ⁊ pa
ti idem est. nõ tñ tanq3 rationem esse vnã ꝙ q̃d erat esse di
cẽrẽ sicut tunice ⁊ indumẽti. S3 sicut vie a thebis ad athe
nas. ⁊ ab athenis ad thebas. Uia eni3 vt dicit ibi Cõmen
tator commento. 21. est eadẽ s3 in respectu vnius regionis
dicitur ascensus ⁊ in respectu alterius descensus. Sic igi/
tur hec duo nomina. actio ⁊ passio. eandem rem numero.
significant: ⁊ non sicut nomina synonyma: s3 ẽm diuersas
rationes ⁊ distinctiones. Similiter h̃ duo nomina ascen/
sus ⁊ descensus. ⁊ per consequens: plures conceptus ⁊ ra
tiones: sunt vnius rei modo predicto. ¶ Si etiam accipit
ratio dicens quid rei per extrinseca tamen. adhuc eiusde3
rei possunt esse plures rationes: saltem incompletiue idest
non complete omnia extrinseca capientes: sed vna vnum
vel aliqua: alia aliud vel alia. Sicut de aia dat vna diffõ
p ꝓpriam mãm. s. actus corporis organici ⁊c̃. Et alia que
notificat ipsam p proprias opõnes. sicut est illa. q̃ di ꝙ est

3 quo viuim⁹ sentimus mouemur ꝛ intelligim⁹ pmū. Et rō
vtriusqꝫ pdictoꝝ est qm̄ res pōt cōsiderari ſm diuersa ex/
trinseca sibi: ꝛ alia cōsideratio est qua cōsideraꝛ ſm vnū: ꝛ
alia q̄ consideratur ſm aliud. ꝛ sic sunt eiusdē diuerse. Si
vero sumaꝛ ratio que est diffinitio p intrinseca tm̄: ꝛ sit cō/
pletiua. adhuc pñt eiusdē diuerse diffinitōes: q̄ erūt diuerse
nō rōne significatoꝝ vel cōsignificatoꝝ sꝫ rōne modi signi
ficandi terminoꝝ positoꝝ in illis: sicut sunt diffōnes suba/
rū quaꝝ aliqua est per genus ꝛ dīa in recto. ꝛ aliq̄ p gen⁹
ꝛ differētias sumptas in obliquo. Exēplū pmi. Suba mā
lis rōnalis. est diffinitio hoīs. Exēplū scdi. Suba cōposita
ex mā ꝛ aīa ratiōali. est diffinitio hoīs. Si ergo aliquā ve/
ritatē d. hic ppō illa: opꝫ q intelligaꝛ: q eiusdem rei non
possunt esse plures diffōnes cōpletiue hñtes ptes que ha
bent eundē modū significādi. puta q omnes ptes vtriusqꝫ
diffinitiōis sumantur in recto vel vtriusqꝫ alique in recto ꝛ
R alique in obliquo. Et hoc pōt dici ēt de hijs q̄ danꝛ per ex
trinseca dū modo quelibet sit completiua. plures aūt incō
pletiuas. non est inconueniens eiusdem rei esse diffinitio/
nes. vt pꝫ per habita. ꝛ sic intelligēda est propō illa qñ a
pho vel aliquo auctore pponiꝛ. ¶ Nunc ad propositum;
rōnes attributales de quibus dictū est: sunt rōnes dicētes
quid nominis. Et si alique sint aut esse possint dicētes qd
rei perfectionis attributalis ille vtiqꝫ essēt per extrinseca
tantū cum ipsa sit simplicissima ꝛ per ꝯñs per intrinseca diffini/
ri non possit vt pꝫ. 7. meta. Itē rōnes iste alia ꝛ alia extrin
seca cōnotāt: ꝛ nō eadem sicut ꝛ nomina ipsa vt in questio
ne precedente declaratum est ꝛ per ꝯñs nihil phibet plu/
3ᵃ ꝯ res tales rōnes eidē pfectioni attributali cōptere. ¶ Ter
tia ꝯ ē q perfectio attributalis nō distiguiꝛ a perfectione
attributali rōne. ſm 3ᵐ itellectū datū de se distingui rōne.
nec est possibile aliqd sic distingui. hoc aūt pbo p sic. q2 si
sic igitur aliqua ratio vna demonstrata esset eius que non
L esset eius. consequens est impossibile: ergo ꝛ antecedens.
¶ Cōsequētia declaraꝛ: q2 oē quo aliqd distinguiꝛ ab ali/
quo est ppriū illi qd distinguiꝛ: ꝛ nō est cōe sibi ꝛ illi a quo
distinguiꝛ: h est euidēs ex se. si g̃ aliqd distinguiꝛ rōne: aliq̄
rō erit sibi ppria vel eius: q̄ nō erit illi⁹ a q̄ distinguiꝛ: ꝛ si
distiguaꝛ a seipo illa rō erit ei⁹ ꝛ nō erit ei⁹. vñ signata illa
rōe p quā distiguiꝛ a seipo: veꝝ erit dicē. hec rō ē h⁹: ꝛ hec
ēt erit va: hec rō nō est h⁹. eodē penit⁹ demrato p subm ꝛ
predicatum vtriusqꝫ. iste autem sunt contradictorie: ꝛ per
consequens patet impossibilitas consequentis.
Q ¶ Quamuis ergo eiusdem rei possint eē plures rationes
adinuicem distincte: ꝛ aggregatum ex illa re ꝛ vna illarum
rationum possit dici distingui ab aggregato ex eadem re
ꝛ vna alia illarum rationum. ipsa tamen res cuius sunt il/
le rationes precise ab omnibus illis: non potest per illas
a se ipsa differre. Exemplum. Sit vna substantia numero:
habēs in se plures qualitates. verbi gratia. Substātia la
ctis albedinem ꝛ dulcedinem: q̄uis dulcedo sit distincta
ab albedine ꝛ econuerso. Et aggregatum ex lacte ꝛ albe/
M dine: possit dici distinctum per albedinē ab aggregato ex
lacte ꝛ dulcedine. q2 albedo est eius ꝛ non aggregati ex la
cte ꝛ dulcedine ꝛ econuerso per eandem rationem aggre/
gatum ex lacte ꝛ dulcedine: per dulcedinem distinguitur
ab alio aggregato. ipsa tamen substantia lactis ſm se: non
distinguitur a seipsa per albedinem. nam per illam albedi
nem non potest distingui nisi ab illo cuius nō est illa albe/
do eadem: vel saltem non est eius eodem modo. Sed ista
albedo: est huius substantie lactis: ꝛ omni modo quo est
huius substātie lactis. alias h substātia lactis: nō ē ipamet
Simili modo pꝫ q nec per dulcedinē distinguitur a se ipsa.
2ᵐ ¶ 2ᵒ sic. qd distinguiꝛ ꝛ a quo distinguiꝛ sūt distincta: ꝛ h
vlr veꝝ est in oib⁹: q2 oē distinctū a distincto est distinctū.
Si g̃ aliq̄ res distinguaꝛ a seipsa: q̄litercūqꝫ distinguaꝛ ipa
est aliq̄ disticta: cū ipa tūc sit qd distinguiꝛ: ꝛ a q̄ distiguiꝛ.

Si aūt est aliq̄ distincta: cū ipsa est aliqua plura: ꝛ nō pcise N
vnū. Aliogn aliq̄ disticta eēnt pcise vnū: ꝛ p ꝯñs non eēnt
distincta: q2 de rōne vnius est eē indiuisum i se. g̃ si aliq̄ res
distinguiꝛ rōne a seipsa: ipsa est aliq̄ plura: sꝫ h est ipoīe: q2
aut eēt plures res aut plura entia rōnis: nō plures res: cū
supponaꝛ eē vna: ꝛ vt tollaꝛ oīs calūnia suppōaꝛ q sit sim
plex. ¶ Itē q2 tūc distigueretꝛ a seipsa re ꝛ non rōne tm̄ vt
supponiꝛ. Nec plura entia rōnis: q2 ens reale nō est aliqd
ens: nec aliqua entia rōnis: nec ēt p intellm̄ ens reale trās/
mutari pōt in ens rōis nec fieri ens rōnis. ¶ Itē cū illa so
la distinguāꝛ q̄ sūt plura: ꝛ sola entia rōnis sint plura p rñ/
sionē sola entia rōnis erūt distincta: ꝛ p ꝯñs non res. ¶ Et rñsio
si dicaꝛ q nō est plura eēntia rōnis: nec pl'es res realr: sed
plures res ſm rōnē. ¶ Cōtra: āt intelligiꝛ q ē plures res ꝯ rñsio/
ſm rōnē ꝛ nō realr: q2. s. ante opatione aīe nō sūt pl'es res nem
sed per aīam vel aīe operationem fiunt plures: aut q2 non
sunt plures: sed iudicantur esse plures. Primum non pōt
esse: q2 intellectus vnam rem non pōt multiplicare in plu/ O
res res. ¶ Si scdm dicaꝛ: nihil valet: qm̄ si iudicat plura/
litatem vbi nō est: iudiciū falsum est: ꝛ per ꝯñs false poniꝛ
talis distinctio rōnis vnius rei a seipsa. ¶ Sꝫ forsan diceꝛ Rñsio
aliter. s. q est plura entia rōnis: non qdē formaliter: sed ob
iectiue. i. non plures rationes: ita q ipsa res sit ratio hec
ꝛ illa: nec est plures res in esse reali: sed tantum in esse ob/
iectiuo: q2. s. est obm̄ pluriū rōnum vel cōceptionū. Et ſm
q est obm̄ vnius est aliud a seipsa: ſm q est obm̄ alterius.
¶ Cōtra: aut intelligis q est plura obiectiue. i. plura obiecta ꝯ rñsio/
sic q obm̄ vnius ꝯceptus nō est obm̄ alteri⁹: aut est plura nem
obiectiue. i. est obm̄ plurium ꝯceptuū: non tñ est aliud obm̄
vnius cōcept⁹ ab obiecto alteri⁹: sed idē. Si p mō: aut ipsa
res precise est obm̄ cōcept⁹: ꝛ tunc cū res sit vna tm̄: non
erūt plura obiecta: aut non ipa res pcise est obm̄: sed aliqd
aliud factū in ipsa ab intellectu: quicqd sit illud siꝛ cuꝫ ipa
re ē obm̄: vel i° aliud solū est obm̄: ꝛ qdcūqꝫ hoꝝ duoꝝ de
tur cū solū sit plura in esse obiectiuo: per rñsionē seqꝛ q ipsa P
res precise: non distinguitur a seipsa: sꝫ tantū illa entia fcā
p intellꝫ circa rem: vel aggregata ex illis distiguūꝛ. Si 2°
modo tūc non est aliqua pluralitas: nisi in conceptib⁹ vel
rōnibus: ꝛ p ꝯñs ipsi soli distinguunꝛ ꝛ nō res a seipsa.
¶ P. q distinguitur ꝛ id a q̄ distinguitur sunt distincta. ꝛ
hoc vlr in omnibus verū est. q2 oē distinctum a distincto
est distinctum. Si ergo aliquid distinguitur a se ipso quo/
modocunqꝫ distinguatur: necesse est ipsum esse distinctū.
tunc signētur aliqua talia distincta ꝛ sint. a. ꝛ. b. Et argua
tur ex oppositis vt docet phs 2° priorum sic. Quelibet di
stincta sunt multa. aliqua distincta videlꝫ. a. ꝛ. b. non sunt
multa. ergo aliqua distincta nō sunt distincta. q est impos
sibile. Maior patet: q2 si aliqua distincta nō essent multa:
illa essent vnū. ꝛ per consequēs idistincta. Minor proba
tur. s. q. a. ꝛ. b. non sunt multa vt immediate probatū est.
¶ P. nullis rationibus res ipsa sit nō ipsa. ergo nullis ra 3ᵐ Q
tionibus res ipsa sit alia a seipsa. Et vltra ergo nullis ra/
tionibus ipsa res sit distincta a seipsa. cum ergo sine ratio
nibus non sit distincta a seipsa per rationes: etiam non est
distincta per rationes a seipsa cū rationibus. Antecedēs
patet ꝛ vtraqꝫ etiam consequentia probatur: quoniam se/
quitur: hec res est distincta a seipsa. ergo est alia a seipsa: ꝛ
vltra ergo illa nō est ipsa. ¶ Sed dices ad antecedens q
verum est ipsum intelligendo sic. q nullis rationibus res
ipsa sit non ipsa ſm rem: vt Sortes non sit per rationem
non Sortes realiter. Sed q per rationem res aliqua fiat
nō ipsa ſm rōnē: nō est incōueniens. vnde vna res ſm vnā
rationem est non ipsa ſm aliam rationem. ¶ Contra. cuꝫ
dicis res ſm rōnē: aut sumis rē ꝛ rōnē simul: ꝛ hoc tm̄ di/
cis nō eē ipsam ſm aliā rōnē. i. aliud totū ꝯgregatū ex illa
ꝛ alia rōne q̄litercūqꝫ intelligi possit ꝯgregatio illa. Et in h
sensu veꝝ est qd dr pp alietatē rōnū iplicataꝝ: sꝫ sic nō est.

A rissio ad argm:qr nec ꝫ h inducit. Aut sumis rē ipaꝫ pcise
ꝺm se:q̄ illis rōnib⁹ ꝯsideratur:ꝛ tūc ē sensus ꝙ res ꝯsidera
ta vna rōne:est nō ipsamet cōsiderata alia rōne:ꝛ sensus ē
falsus ex toto:cū eadē res plurib⁹ ꝯsiderationib⁹ ꝛ rōib⁹
4m possit cōcipi:ꝛ sic supponit in ꝓposito. ¶ D. Cū dr ꝙ vna
res distiguit rōne a seipsa:aut intelligit distingui rōne.i.a
rōne tāq̄ ab agēte distinguēte:sicut dicim⁹ ꝙ intells disti
guit aliq̄ abinuicē:ꝛ h mō impoſe est aliquā rē p itellm vl
ab intellu nō solū realr:ſꝫ ēt obiectiue distigui a seipa:q̄uis
intells rem vnā possit distinguere ab alia:ꝛ vnā in seipsa
distinguē.s.vnā ei⁹ ptē ab alia vt vnā medietatē ꝯtinui ab
alia ꝛ māꝫ a forā:ꝛ ois res q̄ sic in se vere p itellm distigui
tur:vere in se est cōposita.nulla tñ p intellm a seipsa distin
guit siue simplex:siue cōposita:sic ꝙ ipsa tota sit qđ distin
guit:ꝛ ipsa tota sit a quo distiguit. Aut intelligit qđ disti
B guit rōne.i.p rōnē:tāq̄ per formale distinctiuū. Et h pōt in
telligi dupl'r. Uno mō tāq̄ distinctiuū intrinsecū:sicut vna
res p suā formam subalē distinguit ab alia:vel p aliquā ei⁹
ptē intrinsecā:ꝛ h mō ēt est impoſe rē aliquā ꝺm se distin
gui rōne a seipsa.cū rō nō sit intrinseca rei. Alio mō pōt in
telligi distingui rōne tāq̄ distinctiuo extrinseco:sicut dici
mus subam distigui ab accñte:vel q̄litatē a suba. Et h etiā
mō ipoſe est rē vnā distingui a seipsa rōne:qr q̄cūq̄ distin
guunt sic p extrīseca distinctiua:necesse est distigui eēntia
liter:siue seipsis p:siue aliq̄ sui:sic ꝙ nō pci se p illa extrise
ca distinguūt. h pꝫ:qm̄ si in vna suba sint plures q̄litates
vt supra dicebat:nō ex h ipsa distinguit q̄litate vel q̄litati
bus a seipsa:qm̄ q̄litas distinctiua:nō est cōis illi qđ distin
guit:ꝛ illi a quo distinguit:sed alteri tm̄ ꝓpa:ſꝫ vtiq̄ vna
suba distiguit p suā q̄litatē ab alia suba q̄dā:ꝛ hec q̄ disti
guit ē eēntialr alia suba ab ea a q̄ distinguit. Si g̊ res ali
qua distinguat rōne ab aliq̄ re h mō:necesse est sic disticta
C rōne esse inter se distinctas res:ꝛ p ꝯñs ipoſe est vnā rē a
seipsa rōne distingui. ¶ Ex his vt vr sufficiēter pꝫ:ꝙ nulla
vna res ex aiam rōne distinguit a seipsa:ꝛ ꝙ pfectio attri
butalis nō distinguit a pfectiōe attributali rōe:cū pfectio
attributalis sit vna res ex aiam:ꝛ nō rō nec rōnē includēs
ꝛ nō sunt plures alique entitates ex aiam:q̄ sunt pfectiōes
attributales:vt pꝫ ex pcedēti.q. Quelibet ēt rōnuꝫ addu
ctaꝝ ad ꝓbādū gñalr nullā rē distingui rōe a seipsa pōt p
spāles terminos ad h ꝓbādū de pfectione attributali spā
5 liter fieri. ¶ 5° sic.nulla res distinguit a seipsa mō aliq̄ pro
pter cātionē q̄rūcūq̄ reꝝ in ipsa vel circa ipaꝫ.g̊ nulla res
distinguit mō aliq̄ a se pp q̄scūq̄ ꝯceptiones vel rōnes p i
tellectū formates d ipa.ꝯña tꝫ p locū a maiori.magis.n.
videret ꝙ res diuerse facte in aliq̄ vna re:ꝛ diuerse actio
nes reales deberēt rē facere illā mō aliq̄ differre a se:q̄ꝫ cō
siderationes aie.tū qr tales res facte in illa:sūt subiectiue in
illa:rōnes aūt nō sūt in illa re subietiue:ſꝫ in aia:tū qr realis
actio magis ē apta ꝛ trāsmutare ꝛ diuidere rē q̄ꝫ ꝯsidera
tio nra. Un̄ pp nrm affirmare vel negare res nō mutantur:
añs pꝫ:qr si sit aliq̄ suba hñs in se duas q̄litates disticta.
D q̄uis ille q̄litates distinguāt abiuicē:ꝛ aggregata sitr:ipa
tñ ꝺm se pcisa a q̄litatib⁹ nō distinguit a se:qr nec realr cū
sit vna res nūo indiuisa q̄ est vtriusq̄ subm:nec rōne tantū
tū qr ille q̄litates nō sunt rōnes ſꝫ res:ꝛ p ꝯñs distingui p
illas nō est distingui per rōnes. Insuper qr sicut nihil per
rōnē distinguit ab aliq̄ realr:sic nihil p rē distinguit ab ali
quo rōne:tū qr distinctio rōnis nō est pter opationē aie:ſꝫ
tales q̄litates sunt in illa suba pter opationē aie:ꝛ esto ꝙ nū
quā cōsideret.g̊ per illas ipsa nō distiguitur ratione:ꝛ per
ꝯñs nullo mō. ¶ Itē esto ꝙ vna res videat plurib⁹ visiōi
bus:ſꝫ visiones ille abinuicem sint distincte:ipsa tñ nō di
stinguit visione a seipsa:ita ēt dato ꝙ vna res ꝯcipiat plu
ribus rationibus ipsa non distinguit rōne a seipsa. Sꝫ ille
rationes tñ mutuo distinguunt. ¶ D. Nullum ens rōnis
E distiguit re vel ꝺꝫ rē:vel p rē a se ipso.g̊ nulla res distigui

tur re ente rōnis vel rōne seu p rationē a seipsa.ꝯña satis est E
apparēs:qm̄ nō min⁹ res est ipsa:q̄ꝫ ens rōis est ipsuꝫ:nec
illud sibi est magis idē q̄ꝫ illa sibi:ꝛ sicut esse idē vel diuer
sum re:est ꝓprium rei ꝛ entis realis:sic esse idē vel diuer
sum rōne ꝓpriū ē entis rōnis:q̄re sic se hꝫ distingui.re ad ꝯ ꝯnem
ens rōis:sic distigui rōe ad rē ꝛ ens reale. ¶ Cōtra istā āt arguit
pōt dubitari:p qdē ex intētiōe phi 4° meta.q dicit:ꝙ ens T.c.3.
ꝛ vnū sūt idē ꝛ vna nā:ſꝫ nō vt vna rōne dnsa:vbi vult ꝙ T.c.3.
sunt vnū re:ſꝫ nō rōne:sed diuersa. ¶ Idē.d.ibidē de cā ꝛ T.cō.2.
pn° idēq̄ de igne ꝛ ethro in.10.vt supra iductū ē. ¶ 2° phs 1m
3° phys.vult exp̄sse ꝙ idē act⁹ numero ꝺm rē sed distinct⁹
ꝺm rationē est actio ꝛ passio:ꝛ per ꝯñs eadeꝫ res a seipsa T.c.21.
distinguit ratione.vñ ait.ꝙ agere ꝛ pati idē est:non tñ tan
q̄ꝫ rationē eē vnā:qđ qd erat esse dicētē. Et satis cito post
declarās ꝙ non vna ratione idē.ait.ꝙ.n.huius:vt in h ꝛ
ꝙ hui⁹ ab h actū eē:rōne alteꝝ est:agere g̊ ꝛ pati idē act⁹ T.c.22.
est ꝺm rem:sed alter ꝛ diuersum ꝺm rationem. F
¶ Idē dicit in pluribus locis phie. ¶ Itē Cōmē.2° phys.
cōmēto.70.vbi phs vult ꝙ forma ꝛ finis aliqñ coicidūt
in idem nūo:dicit ꝙ aliqñ sunt vnū ꝺm subm ꝛ plures ꝺm
diffinitiones. ¶ Itē.4.phys.dicit phs ꝙ idem ꝛ ꝺm ideꝫ
est vnitio ꝛ diuisio/eē autem non idē est.vbi Cōmē.cōmē.
121.exponēs dicit ꝙ sunt vnum ꝺm eēntiam ꝛ differūt ꝺm
diffinitionem. ¶ Idē ēt Cōmē.ibidē cō°.104.dicit ꝙ sor.
in theatro ꝛ in foro est idē ꝺm subm ꝛ diuersum ꝺm diffini
tionē.ꝛ ꝯstat ꝙ p esse idē ꝺm subm intelligit eē eandem rē
numero. ¶ Item Porphy.in ca.de differētia.dicit ꝙ sor.
vir differt a se puero.ꝛ sor.faciens aliqd differt a se quie
scente:vel nihil faciente.constat autem ꝙ non differt reali
ter.igit rōne.ꝛ sic res vna differt a seipsa ratione. ¶ Item Cō.3.
Cōmē.12.meta.d.ꝙ in his que sunt forma nō in materia:
dispositio ꝛ dispositum reducunt ad vnuꝫ in esse:ꝛ duo in G
consideratione sunt.ergo vna res est duo distincta ratione
vel consideratione. ¶ Item subdit.intellectus enim natus
est diuidere adunata in esse in ea ex quibus componūtur
aliqua.ergo sunt vnum in re:ꝛ tñ intellectus diuidit illa:ꝛ
constat ꝙ nō diuisione reali.ergo rationis. ¶ Itē iuxta fi
nem cōmenti.d.ꝙ est magna dña inter ea que differunt in
intellectu ꝛ in esse:ꝛ que differunt in intellectu tm̄.vbi in
nuit ꝙ aliq̄ ꝛ re ꝛ ratiōe differūt:ꝛ quedā ratione tm̄:ꝛ ta
lia necessario sunt vna res que tantum ratione differunt:
ꝛ talem differentiam ꝛ multitudinem.s.ꝺm rōnem tm̄.d.
in deo esse:vnde ait.multiplicitas ergo in deo nō est:nisi in
intellectu differentia non in esse. ¶ Ex quibus pꝫ ꝙ aliq̄
res habēs plures rationes cōsiderata ꝺꝫ vnā rōnē differt
a seipsa conderata sub alia ratione:ꝛ non differt realr:vt
constat.ergo ratione. ¶ Item pꝫ ꝙ talis distinctio ꝛ mul
titudo rationum est in deo sine distinctione aliqua ex na
tura rei. Alia possent induci ad eandem probandā:sed ex
solutione predictorum patebit responsio ad cetera q̄ pos H
sent adduci.ideo ꝛc̄. ¶ Ad pm dōm ꝙ iste dictiones.ens Ad pm.
ꝛ vnū/possunt dupliciter accipi. Uno modo ꝺm ꝙ suppo
nunt psonalr ꝛ significatiue:ꝛ sic veruꝫ est ꝙ sunt vna nā.
eadē.n.nā est ens/ꝛ vna:sed sic non differunt ratione plus
q̄ꝫ ens ꝛ ens:vnū ꝛ vnū:verūtñ illius nāe pñt esse ples ra
tiones:quaꝝ vna nō est alia. Et ꝺm vnā illaꝝ rōnum nā il
la dr vna. Sꝫ ꝺm aliā ens hoc vel illud:sic ꝙ distinctio est
inter rationē ꝛ rōnē:nō aūt nāe ipsi⁹ a seipsa. Alio modo
pñt accipi:vt.s.supponāt mālr p seipsis:ꝛ tūc est sensus ꝙ
sunt vna natura.i.sigñant vnā nām:ꝺm tñ diuersas ratio
nes exprimētes qd nois vtriusq̄:ꝛ p hoc nō sunt synony
ma:ꝛ h mō videt phs intelligere:qđ pꝫ.tū qr statim ad p T.c.3.
bationē dicti sui supius allegati.subdit. Idē.n.vnus hō ꝛ
hō ꝛ nō diuersum aliqd ostendit:ꝺm dictionē repetitam.
tū qr Cōmē.ibidē ꝺm hūc intellm semp exponit.vnde ait. Com.3.
exponēdo v̄ba phi allegata.i.cōsideratio autē de eo qđ si
gnificat vnū ē isti⁹ scie ēt.qm̄ vnuꝫ ꝛ ens:aut,sigñat idem

3 oibꝰ modis.s.diffóne ꝛ subiecto:aut vtrūqꝫ ꝯuertit̃ sup alte
rū ꝛ ꝯsequit̃ illud:qꝛ signāt eādē nām subo ꝛ duas diffó/
nes sicut pᵐ ꝛ cā. ❡Jtē infra ꝛ necē est vt vnū ꝛ ens signi
ficēt eādē nām nó duas nās diuersas. Et infra. Nos dici/
mus ꝙ signāt eādē eēntiā:sed modis diuersis. Et sic sp̄ d̄
his terminis s̄m ꝙ sunt signantes loqt̃:ꝛ nó de ee signa/
ta:ꝛ hos terminos.d.differre róe:qd̄ vtiqꝫ veꝝ est:nó aūt
rē ipsam significatā ꝑ eos. Eodē mó dōm de pnᵒ/ꝛ cā/de
Ad 2ᵐ igne/ꝛ elemēto. ❡Ad aliō de agere ꝛ pati pꝫ ꝑ idem:qm̄
vel agere ꝛ pati supponūt ꝑsonalr̃:ꝛ tūc ꝯcedēdū ē.ꝙ idē
actꝰ ē agere ꝛ pati:siue actio ꝛ passio:nec ipso a seipso dr̄t
róne:sꝫ eiꝰ sūt plēs rónes abinuicē distincte:vna s̄m ꝙ est
actꝰ agētis:alia s̄m ꝙ est actꝰ patiētis:ita ꝙ distictio tm̄ ē
vniꝰ rónis ab altera:nó aūt rei cuiᵘ sūt siue quā signant a
seipsa. Uel supponūt malr̃:ꝛ tūc nó sūt idē actꝰ:sꝫ signant
eūdē actū s̄m tm̄ rónes diuersas:ꝛ h̄ mó pōt ꝯcedi ꝙ dr̄nt
róne:qm̄ ró s̄m nomē vnū nó est illa ró q̄ est s̄m aliud no/
mē:sic tm̄ sp̄ remanet ꝙ illa res:nec re nec róe differat a se/
R ipsa:sꝫ rónes abinuicē:ꝛ noīa silr̃ seipsis ꝛ rónibꝰ differāt
L.ꝛ ꝯᵐ s̄m sensuꝫ datū supiꝰ. Et hec est intētio phi sic pꝫ ꝑ Cōmē.
21.ꝛ.22. ibidē.q.d.sup illo v̄bo ꝑus allegato.itelligimꝰ cū dicimꝰ
h:ꝙ actio ꝛ passio sūt idem s̄m subm:ꝛ duo s̄m diffónes.
Cō.22. Et incōmēto seqnēti.vbi phs.d.ꝙ supra allegatū ē.s.ꝙ eē
actū hꝰ ab h̄ ꝛc̄.est róne alteꝝ:exponit Cōmē.ꝙ diffó eoꝝ
est diuersa. Ex qbꝰ pꝫ ꝙ pluralitas ꝛ distó ē solū iter ipas
Cō.121. rónes. ❡Eodē mó dōm est ad illō de 2ᵒ phy.si induceret̃.
Simil̃r ad illud de.4.qd̄ ēt pꝫ ibi per Cōmē.in hoc sensu
exponentem.vnde ait.ꝛ diuisio ꝛ adunatio sunt vnius eēn
tie:ꝛ dr̄nt s̄m diffónem:qꝛ diffónes eoꝝ sunt ꝯrie.
❡Ad aliud dōm eodē mó.s.ꝙ nō itēdit ꝙ sor.in foro dr̄t
Q a se in theaᵒ.sꝫ ꝙ ró vel cóceptꝰ quo ꝯcipitur vt est i theaᵒ
est alius ab eo quo concipit̃ vt est in foro.qꝛ aliud est thea
trum:ꝛ aliud foꝝ. ❡Ad aliud de por. dōm.ꝙ ꝓprie loqᵒ
nō est ꝯceᵈᵘᵐ ꝙ sor.senex differt a sor.puero.cū qñ sor.se/
L nex est.tunc nō est sor.puer.nihil aūt differt ꝓpe loᵒᵒ ab eo
qd̄ nō est.veꝝ est tm̄ ꝙ sor.senex nō est sor.puer. q̄uis sor.
senex sit sor.qui fuit puer. Silr̃ sor.qescens nō est sor.mo/
tus:nō tm̄ differt a sor.moto.i.qui moᵣ.qꝛ nō sil' sunt sor.q
moᵣ ꝛ sor.quiescens. Jmpropie ḡ loquitur por.sicut tūc
loqtur de dr̄ia:nō ꝓprie dicta sed cōiter.ꝛ ꝑ dr̄iam sic cōi/
ter sumpta intelligit:oē p̄dicabile ꝙ potest esse mediuꝫ ne
gandi aliquod patrem ab iᵒ cui ꝯᵘ illud p̄dicabile ꝛ sic est
in ꝓpositis exēplis. Uñ hoc p̄dicabile.qescēs.cū dr̄ d̄ sor.
est meᵐ neᵈⁱ ab eo h̄ totū.sor.q moᵣ.sic arᵈᵒ.nullū qescēs ē
sor.qui mouetur.sor.est quiescens.ergo sor.non est sor.q
mouetur. Et hac improprietate potest dici ꝙ sor.quiescēs
differt a sor.q mouetur.ꝙ tm̄ s̄ꝫ ꝓpetatē locutiōis fl̃m est.
Cō.39. ❡Ad auctoritates Cōmē.ex.12.meta.dōm ꝙ hec nomi/
mina dispositio ꝛ dispositum sunt equiuoca. Nam aliquā
do dispó significat aliquam rē extra aīam perficientē ali
am rem formaliter:ꝛ res perfecta per illaꝫ vocatur dispo
M situm:ꝛ sic non accipit in ꝓposito Cōmen.quod pꝫ:tū qꝛ
dispositio ꝛ dispositum hoc mó non sunt in deo s̄m ipsum
ꝛ s̄m veritatē:cū nulla talis distinctio extra animam sit in
deo:vt ibidem.d.ꝛ tamē in deo ponitur dispositio ꝛ dispo
situm.vnde.d.cum fuerit dispositio considerata ꝛ dispo/
tum in eis:que nō sunt in mā ꝛc̄.ꝛ cōstat ꝙ loquit̃ de deo:
tum qꝛ ante in predicto cōmēto negat in hoc sensu disposi
tiones a deo:reprobans maurorum opinionem:vt ibi pꝫ.
❡Alio modo dispó significat predicatum:ꝛ dispositū si/
gnificat subiectū alicuius propositionis:ꝛ hoc modo vti/
Cō.39. tur frequenter Cōmen.his vocabulis dispositio ꝛ disposi
Cō.39. tum:sicut pꝫ in cōmēto eius super libro priorum:pꝫ etiam
in eodem cōmē.allegato.vñ ait.cū intell's cōponit aliquā
ꝓpónē ex dispóne ꝛ disposito:in talibꝰ rebus.s.que nō sūt
in mā ꝛc̄. Cōstat aūt ꝙ intell's nō cōponit ꝓpónem nisi ex
terminis:nō aūt ex rebꝰ ež. ❡Jtē antea di.ibi qñ fuerit di

spositio cōsiderata ꝛ dispositū in eis q̄ nō sunt in mā:tunc N
reducunt̃ ad vnā intētionē oibus modis:ꝛ nullus modꝰ
erit quo distinguat̃ predicatū a subiecto ꝛ disposito. Ecce ꝙ
pro eodē ponit subꝫ ꝛ dispositū. Sic ḡ cōmē.in proposito
accipit dispónem ꝛ dispositū pro predicato ꝛ subo propó/
nis:ꝛ in spāli loquit̃ de ꝓpóne:in q̄ de deo p̄dicat̃ terminꝰ
ꝯcretꝰ.v̄.g.deꝰ est vinꝰ:deus est sapiēs. Et est itētio eiꝰ:ꝙ
in hꝰ ꝓpónibus subm ꝛ p̄dicatū supponunt pro oio eodē
ex p̄te rei:sub alia tm̄ ꝛ alia róe:ita ꝙ p̄dicatū ꝛ sbiectū dif
ferunt róne:ꝛ nó sūt noia synonyma:ꝛ qꝛ supponunt pro
eodē ex p̄te rei.d.ꝙ reducunt̃ ad vnū in esse. ❡Et silr̃ cuꝫ
subdit.ista.n.eēntia.s.que non est in mā cuꝫ fuerit accepta
s̄m ꝙ est posita:ꝛ fuerit disposita aliq̄ dispositione.s.sicut
dr̄ subm disponi per predicatum:tunc dispositio ꝛ disposi/
tū vnū erit in p̄dicatiōe.i.vnū de alio p̄dicabit̃:ꝛ supponēt
ꝓ eodē ex p̄te rei:ꝛ duo in itētione:q̄ p̄dicatū differt a sbo
idest in róne p̄dicati ꝛ subti q̄ sūt diuersa:cū subm ꝛ pdi
O catum nó sint synonyma:vt dcm̄ est. Unde nō.d.ꝙ res im
portata:seu pro qua supponūt subm ꝛ predicatū differat
róne:aut sit duo róne:sed ꝙ predicatū ꝛ subm:ꝛ h̄ quātuꝫ
ad pᵐᵃ p̄tē auctoritatis inductā est dōm. ❡Sꝫ ꝓ alia p̄te
que sequit̃ est sciēdū ꝙ in rebꝰ existentibꝰ in mā qñ predi
catū ꝯcretū alicuius abstracti:ꝛ maxime in ꝓpónibus ca
thegoricis subalibus vbi videt̃ maior similitudo referua/
ri ad p̄dicationes hꝰ factas de rebꝰ imālibus dissimiliter
dispositio ꝛ dispositū reducūt̃ ad vnū in esse. Nā in abstra
ctis a mā s̄m Cōmē.dispó ꝛ dispositum supponūt ꝓ aliq̄
vna re simplici:nec vnū signāt p̄ncipalr̃ aliqd illius ꝓ quo
supponit distinctū eē intellm̄ ab eo qd̄ p̄ncipalr̃ significat
aliud:sed p̄cise idē in deo signāt virtus ꝛ deus. Jn rebꝰ aūt
cópositis subalibꝰ nō sic:q̄uis.n.supponant ꝓ aliq̄ re per
se vna:p̄dicatū tn̄ p̄ncipalr̃ signāt aliqd illiꝰ:vel aliquā p̄/
tē realr̃ ab eo distinctā qd̄ signāt subm:ita ꝙ illō pro quo
P supponunt dispositio ꝛ dispositū:lꝫ sit vnū ꝑ cóponem vel
adunationē.iuxta modū loquēdi Cōmētatoris.nihilomi
nus tm̄ in eo sunt aliqua distincta:quorum vnū est in alio
sicut forma in subo:vel delatū in deferente.v̄.g.in hac ꝓ/
positione.hō est rónalis:p̄dicatū signāt p̄ncipalr̃ rónabili
tatem siue aīam rónalē:q̄uis supponat ꝓ toto hoie:ꝛ in/
tellectus intelligit eē in hoie duo distincta.s.aīaꝫ rónalē ꝛ
eiꝰ mām siue corpꝰ:q̄uis ista faciāt vnū ꝑ se:nec sint abin
uicē segregata:sed adunata:seu cōiūcta in esse:ꝛ h̄ mó itel
ligit cōmē.ꝙ intellectꝰ est natus diuidē ea q̄ sūt adunata
in eē.i.diuisim intelligē vel diuisa eē cognoscē ꝛ diuisim si
gnificare q̄ sunt ꝯiuncta ꝛ adunata in re:sic mā:ꝛ forma
nó aūt.d.ꝙ rē oino simplicē intellectꝰ sit natus diuidere:si
cut plēs imaginat̃. ❡Et ꝙ hec sit eiꝰ intētio q̄ ad oia p̄di
cta.pꝫ ex v̄bis eiꝰ.vñ volēs ponē dr̄iam iter hꝰ p̄dicatóes Cō.39.
in rebꝰ mālibꝰ ꝛ abstractis a mā:stati post v̄ba allegata:
dispó ꝛ dispositū vnū erit in p̄dicatione:ꝛ duo in intētióe:
q̄ p̄dicatū dr̄t a subo. Addit:sed tm̄ nó sicut p̄dicatuꝫ dr̄t a
subo in ꝓpónibus cathegoricis subalibꝰ.dispó.n.idē ē ꝛ Q
dispositū:sic in abstractis:sꝫ in potētia duo:qñ intell's diui
serit alterū ab altero s̄m ea.s.que ipoztāt.intell's.n.natus
est diuidere adunata inesse in ea ex qbꝰ cóponit̃:q̄uis nó
diuidat̃ in eē sic diuidit mām a forma:ꝛ formā a cōposito
ex mā ꝛ forma. Hec ḡ est dispó intellectꝰ in rebꝰ cópositis
ex mā ꝛ forma cū disponit hoīem formā per formā.intel/
ligit eni vtraqꝫ adunata aliquo mó:ꝛ differentia alio mó.
verbi grā.qꝛ cū disponit hoiem per rónabilitatem.vꝫ enū
tiādo hō est rónalis:intelligit ꝙ subm rónalitatis ꝛ róna/
litas idē sunt in adunatione.i.adunant̃ in vnū:ꝛ intelligit
ꝙ deferens ex eis aliud est a delato.i.mā subiecta a forma.
Et per hoc pꝫ ad aliō:qd̄ ex eodē inducit̃. Nā in ꝓpónibꝰ
de rebꝰ cópositis dispó ꝛ dispositū dr̄nt in intellectu ꝑꝑ di/
uersas rónes:vt.s̄.declaratū est. Dr̄nt ēt i eēntia ꝑꝑ diuer
sas res q̄s importāt.dispó autem ꝛ dispositū deo non dif/

A ferūt hoc mō in esse:sed in intellu tm̄. Et hoc ē qđ subdit:ꝙ mł tiplicitas in deo nō est nisi in intell'u tm̄.i.dispō ꝛ dispositū in deo nō significant aliq̄ diuersa in esse:ſʒ tm̄ est diuersitas in rationibus ꝑdicati ꝛ subti:qn̄.ſ.nō sūt synonyma:vt dictū est. Ex istis sūt pʒ ꝙ lʒ vna rō differat ab alia:ꝛ predicatuʒ differat rōne a subto:res tn̄ ipsa nō dr̄ et rōe a seipsa: nec in deo nec in creaturis. Et iō illud dcm̄ vsitatuʒ:ꝙ res cōsiderata ſm vnā rōnem differt a seipsa considerata ſm aliā rōnem:de vtute sermonis nō est vex:sicut nō est vex illud qđ infert ex eo.ſ.ꝙ res cōsiderata ſm vnā rōnē nō ē ipsamet cōsiderata ſm aliā rōnē:ſʒ dʒ intelligi ꝙ ratio vna ſm quā ɔsideraſ nō est rō alia:vel dr̄ ab alia:vel ꝙ nomē importans rem illā ſm vnam rōnē:dr̄ rōne a noie importāte eādē ꝑʒ aliā rōnē:mō supra frequenter dicto:ꝛ sic puto intellexisse doctores q̄ vtunf tali locutione dicētes aliqua esse idē re ꝛ differre rōne:q̄ꝫuis pluries videatur loqui in

B alio sensu:ꝛ i hoc sensu etiam ego aliq̄n idē dixi. Uerūtn̄ ea q̄ in hac qōne scđa sunt ideo posui:nō vt eos reprobarem tā q̄ꝫ alr ipsi sensissent:sed vt pateāt in q̄ sensu debeat accipi tale dictū:ꝛ in quo sensu debeat reprobari. ❡ Ex dictis colligitur ꝙ perfectio attributalis:nec re nec ratione distinguitur a perfectiōe attributali:ꝛ ꝙ nulla ē multitudo nec ex nā rei nec ſm rationem taliū perfectionū in deo.

2ᵘˢ arti. **Quantū** ad 2ᵐ artiᵐ dico ꝙ attributa distinguuntur rōne:imo verius rōnibus:qm̄ alia est ratio vnius a rōne alteriᵘˢ ꝛ eͣ. Alietas tn̄ suax rōnū nō attēdif penes illud qđ ꝑncipalr signāt:aut ꝓ quo supponūt duʒ ꝑdicanf de deo:qm̄ tūc oporteret ꝑfectiones attributales esse distinctas abinuicē. Cuius oppositū ꝓbatū est in ꝑce dēti.q. Sʒ attēdif ꝑcise penes extrinseca ɔnotata:siue illa sint aliq̄ signābilia icōplexe siue signābilia cōplexe tm̄. Q

